







17
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.



1753.

1. Ballhorn, Ludovicus Guibelinus : De Fena, litterarum sede
ante conditam ibi academiam. Oratio sollemnis.
2. Brokes, Henricus : De veterum Sclabitorum, huc⁴ Nosent
atque simul ad antientiam orationem : De syndicis in
academiis Lubecam vocatis . . . invitat.
3. Brokes, Henricus : De veterum Singsvinde
4^{ta} et Bunderus, Christianus Gottl. : De jure doctorum ad caus.
nicatus
5. Bunderus, Christ. Gottlieb : De tutela extraneorum
legitima
- 6^{ta} = Summinghaus, Theod. Gero. Gud. : De acquisitione et
resignatione juris civitatis . . . 25 Junii. 1753 : 1765.
7. Engen, Fr. Rudolphus : Monulla de pace judiciali
v. Singsvinde praefatus, ad Disputationem inaus.
Christophori Gumberti Fickweileri . . . invitat.
8. Engen, Fr. Rudolphus, Tac. jur. de causis : Quaedam juris Potenzensis
capita, hactenus ad Disp. inaus. Nuntii Walfgangi Longense . . .
invitaturus.

1753.

9. Engen, Jo. Rudolphus, Fac. jur. prodecurus: Primes
lineas commentationis de iura absentium dixit
ad ... Corol. Frites. Walden ... dissertationem 16.
in ang. ian. taturus.
10. Hellfeld, Jo. Augustus: De geminis fundamentis juris
dictionis feudalis ejusque constitutibus 17
11. ¹¹⁹ Hoffmannus, Franc. Andreas: De geminis remediis
provocatoriis eorumque actionum amercationum
usq. practico. 2. ampl. 18
19
12. Klopmannus, Jo. Adolphus, et: De usu latine linguae
in comitis Imperii Romani et Germanici. Tract.
19
13. Schmid, Joh. Ludovicus Corolus et Behrich, Frise-
ricus Wilhelmus: De concursu actionum in genere
14. Schmid, Joh. Ludovicus Corolus et Mauritius Krusius
De concursu actionum cumulativo.

1753

15. Schmidtius, Sebald. Ludovicus Cordus: De actionibus elec-
tione concurrentibus, si actori jus personale competit.

16. Schmidtius, Sebald. Ludovicus Cordus: De actionum concurrentia
successiva.

17. Schmidtius, Sebaldus Ludovicus Cordus: De concurrentia
actionum.

18. Schmidtius, Sebaldus Ludovicus Cordus: De nomine

19. Walchius, Christianus Guil. Franciscus: De Senatore

Romano nostri aevi. Commentatio, fratris

Carolus Fredericus Walchii - - . gratulationis causa
consecrati.

I

848.

D



DISSERTATIO IVRIS GERMANICI ⁴¹
DE
ADQVIVISIONE ^{1753, 6b}
ET
RESIGNATIONE IVRIS
CIVITATIS ¹⁰

VVLGO:

Von Gewinnung und Aufgebung des Bürger-Rechts

Q V A M

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

ERN. AVGVSTO CONSTANTINO

DVCE SAXON. IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET WESTPHALIAE RELIQVA

CONSENTIENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE

P R A E S I D E

THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAVS

IVRIVM DOCTORE

AFFINE SVO PERQVAM COLENDO

AD D. XIII. OCTOBRIS A. R. S. MDCCLIII.

ERVDTORVM DISQVIVISIONI PVBLICAE

SVBICIT

CHRISTOPHORVS LVDOVICVS WIDEBVRGIVS

I E N E N S I S

LL. C. ET SOCIETATIS TEVTONICAE HIC FLORENTIS
COLLEGA ORDINARIVS.

EDITIO SECVNDA.

IENAE, MDCCLXV.



CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- §. I. *Veteres Germani olim nulas inhabitauerunt vrbes,*
- §. II. *Sed vicos,*
- §. III. *Qui etiam Burgi*
- §. IV. *Et ciuitates dicebantur;*
- §. V. *Quorum plures constituebant pagum.*
- §. VI. *Succedente aeuo etiam vrbes condiderunt.*
- §. VII. *Quo tempore autem hoc primum factum sit, incertum est.*
- §. VIII. *Sub Henrico I. Imper. multum adauctae fuerunt vrbes.*
- §. IX. *Earum incolae antiquitus iam burgenses, burgarii, dicti sunt.*
- §. X. *De ciuium iuribus Bürgerrecht, et iuris ciuitatis diuisione in plenum ac minus plenum, agitur.*
- §. XI. *Quid Germanis sit das Bürgerrecht gewinnen, et quomodo legitime illud impetrari debeat, ostenditur.*
- §. XII. *An et quatenus Senatui urbico ius recipiendi ciues tribuendum sit, disquiritur.*
- §. XIII. *Recipiendus praestare tenetur das Bürgergeld,*
- §. XIV. *Et iuramentum fidelitatis den Bürgereid, cuius formula suppedatur.*
- §. XV. *Si celebs fuerit, alicubi etiam de ineundo intra certum tempus matrimonio cauere debet.*
- §. XVI.

- §. XVI. Primitus etiam seruis conditionis homines in ciuitates fuerunt admissi;
- §. XVII. Quod postea ex rationibus adductis prohibitum et constitutum fuit, ut extranei, ius ciuitatis peturi, debeant producere literas natalitias, vulgo das Mannrecht,
- §. XVIII. Nec non probitatis suae testimonia a magistratu loci, ubi antea vixerunt, exhibere,
- §. XIX. Porro docere, se certam quandam summam in bonis habere.
- §. XX. Haecenus dicta summarie repetuntur,
- §. XXI. Vtteriusque probatur, ciues cooptari non posse Iudaeos aliosque haereticos,
- §. XXII. Similiter bannitos,
- §. XXIII. Et alicubi nobiles atque Sabaudicos homines.
- §. XXIV. Quaestio 1) an ciuis intra urbem habitare teneatur? quod affirmatur.
- §. XXV. Quaestio 2) Vitrum quis plurium ciuitatum simul ciuis esse queat? quod negatur.
- §. XXVI. XXVII. Contrariae quorundam opiniones refutantur.
- §. XXVIII. De renunciatione iuris ciuitatis agitur, quibusque modis fieri debeat, exponitur.
- §. XXIX. An ei, qui alicubi ius ciuitatis resignauit, ibidem vltterius adhuc habitare liceat, disquiritur.





Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI
DE
ADQUISITIONE
ET
RESIGNATIONE IVRIS
CIVITATIS.



§. I.

Temporibus antiquissimis maiores nostros nullas inhabitasse vrbes, nihilque inuidiosum magis ipsis fuisse, quam moenibus claudi, testem omni exceptione maiorem habemus TACITVM, rerum germanicarum sua aetate scriptorem peritissimum. Nullas, inquit in libello *de moribus Germanor.* Cap. XVI. *Germanorum populis vrbes habitari satis notum est: ne pari quidem inter se sedes iunctas, colunt discreti ac diuersi, ut*
fons,

A 3

fons, ut campus, ut nemus placuit. His respondent, quae AMMIANVS MARCELLINVS Lib. XVI. cap. III. refert: *Germani oppida ut circumdata retibus lustra declinant.* Credebant quippe, se ad virtutem praesertim seu fortitudinem natos, huicque excolendae loca muris circumsepta maxime ob stare existimabant, cum etiam fera animalia, si clausa teneantur, virtutis tandem obliuisci, optime intelligerent. TACITVS *Histor.* Lib. IV. cap. LXIII. Inde factum, ut *Tencteri* indignarentur valde *Vbiis*, ab iisque postulerent, ubi amicitiam ac societatem cum ipsis initam in aeternum ratam esse velent, *ut muros Coloniae, munimenta seruitii, detraberent.* IDEM *Histor.* l. c. Ex eademque ratione ne expugnatas quidem bello vrbes incolere voluisse eos, ex citato AMM. MARCELLINO Lib. XV. tradit LEHMANN *Chronic. Spirens.* Lib. I. cap. V. Dubia, quae forsitan ex IVL. CAESARE aliisque historicis coaeuis obmoueri possent, erudite resoluerunt CLVVER *German. antiq.* Lib. I. cap. XIII. CONRING *dipl. de urbibus German.* §. XXI. et HERTIVS *Notit. vet. Germ. pop.* P. I. cap. III. §. XIII. ad quos Lectores nostros breuitatis studio remittimus.

§. II.

Cum vero a natura omnibus hominibus quidam socialitatis affectus insitus quasi atque innatus sit, non est, quod miremur, etiam Germanos nostros antiquitus iam in certas communitates coisse, pluraque simul in vno loco constituisse domicilia, licet non connexis ac cohaerentibus in morem Romanorum aedificiis, nec moenibus circumductis. Huiusmodi locum, plurium cohabitantium casas, separatim extructas, comprehendentem, appellarunt *vicum*; ceu itidem nos edocet laudatus TACITVS *de mor. German.* cap. XVI. cui consentientem habemus IVL. CAESAREM *de bello Gallico* Lib. IV.

§. III.

§. III.

Idem, quod isto aeuo vicum denotasse iamiam diximus, si non omnibus, certe nonnullis Germaniae populis, vocabatur etiam *burgus*, a vocabulo *hergen*, quasi locus tutus, wo man geborgen oder gesichert ist. Sic de *Burgundionibus* discretis verbis testantur *OROSIVS* Lib. VII. cap. XXII. et *ISIDORVS* Lib. IX. cap. II. *crebra per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant*: quibus conueniunt, quae *LVITPRANDVS* *Hist. rer. per Europ. gest.* Lib. III. cap. XII. scribit: *ipsi (Germani) domorum congregationem, quae non clauditur, Burgum vocant.* Adde viri maxime reuerendi *M. GOTTH. FRID. LOEBERI* *diff. de Burggrav. Orlamund.* §. III. p. 18. n. *** *CLVERI* *German. ant.* Lib. I. cap. XIII. *CONRINGII* *cit. diff.* §. XXII. *BESOLDI* *Theaur. pract.* voc. *Burg.* Hinc quoque plures vnus vici incolas *burgensium* vel *burgariorum*, *Bürger*, nomen accepisse, maxime probabile est, ceu ex *ISIDORO* recte iam obseruauit allegatus *CLVERVS* *dict. loc.* non vero, quod alii opinantur, a castris seu arcibus munitis, quae quidem medio aeuo etiam eius *Burg*, eorumque incolae *Burgmänner*, dicebantur, vti ex *DU FRESNE*, *SCHILTERI* et *WACHTERI* *glossariis* cognoscere licet.

§. IV.

Praeterea et *ciuitatum* nomine quandoque insigniebantur olim modo dicti loci aperti, plurium incolentium aedificia continentes. Hinc apud *TACITVM* pariter ac *IVL. CAESAREM* *ciuitatum germanicarum* passim mentionem fieri legimus, per quos nihil aliud, quam ipsos illos vicos vel burgos, innui putamus; quamuis et integros saepe populos hac denominatione ab historicis illis significari largiamur. Quidquod? adhuc seculo VIII. ampliores vicos, muris destitutos, nec vrbium titulo haecenus dignos, *ciuitates* appellatas fuisse, probat inter alios *MARCELLINVS* *in vita Suiberti* cap. XXX. apud

apud LEIBNITIVM *scriptor. rer. Brunsvic.* Tom. II. p. 240. de SVIBERTO referens, quod A. DCCXVIII. *in ciuitatem gentilium, Susatum nomine*, venerit; quam clarissimam Westphaliae urbem, auspiciis demum HENRICI I. imp. muro circumdatam fuisse, urbisque nomen accepisse, ex STANGEFOL. *Annal. Circ. Westphal.* Lib. II. p. 179. docuit DN. PRAESES in *Memorabil. Susatens.* Cap. I. §. II. cui adde, si vis, A LVDEWIG *diff. Henricus auceps, historia auceps,* Cap. III. §. VI.

§. V.

Plures huiusmodi loci, quos olim *vicos, burgos, ciuitates*, audiuisse demonstrauius, efficiebant *pagum, eine Gaue*, cui praeficiebatur comes vel Grauius, in celebriori burgo residens, (inde vocabulum *Burggraf*, interdum iudicem ciuitatis denotasse constat) et adhibitis in consilium Scabinis iurisdictionem per pagum eiusque vicos exercens. CONRING. *cit. diff.* §. XLIX. fgg. BRUNNEMANN *diff. de increm. urb. germ.* Cap. I. §. VIII.

§. VI.

Sicuti autem omnium rerum sunt vicissitudines, ita et a more isto, vicos apertos nec munitos inhabitandi, antiquitus probato, temporis cuncta mutantis progressu paulatim recesserunt maiores nostri, suasque ciuitates muris cingere, et in urbium formam, ad Romanorum exemplum, redigere coeperunt. Initium fecerant Germani *cisrhenani*, quos Romanis finitimos, et ab his armorum vi subactos, iam Taciti temporibus frequentes satis vrbes coluisse, manifestum est. FLORVS *de reb. Romanor.* Lib. IV. Cap. XII. CLVVER *d. l.* Hos deinceps et *transrhenani* secuti fuerant populi, Germaniam, quam dicebant *magnam*, incolentes. STRVV. *Corp. Hist. Germ.* Praef. Sect. III. §. IX.

§. VII.

§. VII.

Quo tempore autem in Germania, potissimum magna, vrbes primum conditae fuerint, vix cum certitudine quadam determinari poterit. Sunt, qui aetate CAROLI M. nullam adhuc, praeter cisrhenanas, urbem extitisse defendunt, ex quorum numero est RHETIVS *diss. de statu Germ. circa subdit. cap. II. n. 65.* cui fere consentit citatus saepe CONRING. §. XXIV. Contradicit HEINECCIUS *Elem. iur. germ. Tom. I. Lib. I. Tit. V. §. CII.* seculo iam sexto neque in Germania magna ciuitates moenibus cinctas, hoc est vrbes, defuisse, prolatis in medium exemplis probare studens. Nostram non facimus hanc litem. Primam tamen, extruendis urbibus, ansam suppeditasse credimus, commerciorum usum. Periculosum etenim maxime fuisset, multarum mercium apparatus, in locis apertis, quorum facilis cuique die noctuque parebat aditus, congerere, praesertim turbulentis istis temporibus, quibus tunc informis adhuc Germanorum premebatur respublica. Hinc antiquissimae etiam vrbes prope flumina maiora, nauigationi indeque pendenti mercaturae inseruientia, extructae conspiciuntur. Accesserat huic, introductis Christianorum sacris, episcoporum constitutio, quibus per canones non nisi in urbibus residere fas erat. *Capitul. CAROL. M. de A. DCCXCIV. cap. XX.*

§. VIII.

Maximum vero incrementum procul dubio sub HENRICO I. imp. ceperunt vrbes. Hic virtutis rerumque gestarum gloria conspicuus imperator, primum in Saxonia plurimas condidit curauerat vrbes, ex quibus aduersus extraneorum hostium, Hunnorum praecipue, iniurias patriam defenderet. *GVNDLING de Henrico aucepe §. XX. BRVNEMANN cit. diss. cap. I. §. IX. STRVV. Corp. hist. germ. Per. V. §. X.* Laudabile illud institutum, ad resarciendam Germaniae libertatem, publicamque securitatem restituendam, maxime proficuum, secuti

secuti deinceps fuerant et reliqui imperii principes, ac prouinciarum rectores, quorum singuli, in regionibus ipsorum ditio-
ni subiectis, plures in dies extrui iusserunt vrbes: HEINEG-
CIVS *d. l. §. CX.* quo factum tandem, vt succedente tempore,
etiam in Germania transrhenana, earum numerus mirum in
modum adaugeretur.

§. IX.

Vtut autem hac ratione veteres Germanorum vici, ob
nouam quam induerant formam, nouum quoque nomen for-
titi, vrbesque Städte, nunc appellati fuerint, in cuius vocis
etymologiam inquirat CRELLIUS *diff. de iure vrbes muniendi*
p. 13. ciues tamen nomen, quod antea modo burgorum in-
colas habuisse supra docuimus, (§. III.) retinuerunt, bur-
genesque nominati semper fuerunt, et adhuc nominantur
hodie.

§. X.

Variis hi, prae aliis imperii ac prouinciarum subditis, iu-
ribus gaudent et priuilegiis, partim ab imperatoribus, partim
a principibus eis concessis, vulgoque die Bürgerrechte vocari
solit. Consistunt haec potissimum, in facultate legitima *α)*
coquendi vendendique cereuisiam, *β)* mercaturam atque *γ)*
opificia exercendi, nec non *δ)* ad honores ciuitatum publicos,
et magistratuum vrbicorum munera, adspirandi. Non indi-
stincte tamen omnes, ordini ciuium adscripti, istorum iurium
actu participes fiunt. Diuiditur enim *ius ciuitatis* in *plenum*
et *minus plenum*, in das grosse und kleine Bürgerrecht. Qui
solummodo *ius ciuitatis minus plenum* impetrarunt, ad Sena-
torias dignitates non admittuntur, sed reliquis saltim ciuium
fruuntur iuribus, ad negotiationes ciuicas pertinentibus, das
sie dürfen bürgerliche Nahrung und Handthierung treiben,
KNIPSCHILD *de iurib. ac priuileg. ciuit. imper.* Lib. II.
cap. XXIX. n. 34. seqq.

§. XI.

§. XI.

Ciuica autem percepturus commoda, ius ciuitatis prius
 rite acquirere; huncque in finem senatum oppidanum adire,
 et ab eo, vt in numerum ciuium recipiatur, decenter petere
 debet, siue extraneus fuerit, siue ex patre, iam eiusdem vrbis
 ciue, natus: BEIER *Delin. iur. germ.* Lib. I. cap. XI. §. XVI.
 seqq. HILDEBRAND *diff. de iur. civ. originar.* Cap. I. §.
 XIV. id quod das Bürgerrecht gewinnen dici solet. Quini-
 mo, in plurimis ciuitatum statutis omnes, qui perpetuum ibi-
 dem domicilium constituere voluerint, so eignen Rauch und
 Feuer halten wollen, intra certum tempus ius ciuitatis redi-
 mere iubentur. Ita praecipunt v. c. STATVTA nostra IE-
 NENSIA, Tit. II. §. I. Wer sich allhier zu Jena aufhält,
 der soll binnen 14. Tagen das Bürgerrecht gewinnen, im Ver-
 weigerungsfall aber in Gehorsam gebracht, und darinnen so
 lange verwahret werden, bis er sich dazu bequemet, oder soll
 sofort von der Stadt weichen. STATVTA LVBECEN-
 SIA, Lib. I. Tit. II. Art. II. Welcher Mann mit seinem Weib
 und Kind in die Stadt kommt, und sich allda befreyet, so
 wohl auch ein ledig Geselle, oder andere Person, wes Stan-
 des die seyn möge, so Rauch und Feuer halten will, der oder
 die mögen wohl drey Monat darinnen wohnen: nach der Zeit,
 wollen sie länger bleiben, so sollen sie die Bürgerschaft gewin-
 nen. Exempti tamen sunt ii, qui commerciorum causa ibi com-
 morantur, quibus longius indulgetur spatium, per *nouiore*
Constitutionem de Ao. MDCLXXX. cuius verba haec sunt:
 Wann einige Kaufleute von fremden Orten sich hieber setzen,
 und ihre häusliche Wohnung hieber transferiren wollen, das
 Bürgerrecht sobald und gleich Anfangs dabey zu gewinnen,
 und denen bürgerlichen Oneribus sich sobald zu unterwerfen
 Bedenken trügen, so soll mit denselben auf drey, vier, oder
 mehr Jahre, bis sie dieses Orts Gelegenheit wohl erkundiget,
 und sich des Bleibens oder Wegziehens halber eines gewissen
 resol-

resolviren können, gegen ein leidentlich Schuggeld tractiret und gehandelt werden. Conf. illustr. FRID. GOTTL. STRVYII diff. *Collat. iurid. inter ius Lubec. et Hamburg.* Th. XII. n. (c) Alicubi etiam extranei, quibus bona immobilia iure hereditario ibidem obuenerunt, vbi possidere ea voluerint, ius ciuitatis acquirere, sin minus, ciuibus illa vendere, tenentur. Sic e. g. statuit NOVA SCHRAA SVSATENSIS, Artic. LXXXI. Wortmer, wem ein Erbe offte Gubt binnen unser Stadt, offte unser Beltmarke tostervet, de unse Borger nicht ein is, de sal dat üteren binnen Zair und Dag in unser Bürger Hände, offte werden unse Borger.

§. XII.

Etiamsi vero in ant. Spho senatui vrbico ius recipiendi ciues concedamus, quae et communis Doctorum est opinio, id tamen non simpliciter, sed cum limitatione quadam dictum volumus. Nimirum distinguendum nobis videtur, inter ciuitates imperii immediatas et mediatas. Ad illas quod attinet, senatui facultatem istam omnino non denegamus, vtpote cui maiorem vtcunque auctoritatem et potestatem, quam senatui municipali, competere, per se liquet. Quantum vero ciuitates mediatas concernit, attendendum erit, vtrum recipiendus iam hactenus domini territorialis, ad quem municipium spectat, subditus fuerit, et in alio tantum loco habitauerit, nec ne? Sin illud, solam senatus adprobationem sufficere, iterum largimur. Sin hoc, ad principem antea rem deferendam, huiusque consensum expectandum esse, putamus, ne ipsi inficio nouus obrudatur subditus, quem forsitan, si nouisset, ex iusta causa in subditorum numero esse noluerit. Haec sine dubio fuit ratio, ob quam senatui ciuitatum *Glucstadii* et *Altornae* per rescriptum regium de A. MDCLXXXIII. nominatim prohibitum fuit, extraneis ciuium iura impertiri. Vid. CORP. CONSTIT. REG. HOLSAT. p. 635.

§. XIII.

§. XIII.

Vbi precibus supplicantis annuere decreuerit senatus, certam ab eo, pro receptione, pecuniae summam, vulgo das Bürgergeld dictam, exigit. RHETIVS *diff. de iur. civ. praecogn. Cap. I. §. VIII.* Quantitas eius non ubique eadem, sed pro ipsarum ciuitatum diuersitate, diuersimode determinata, aut senatus arbitrio relicta est. Ciuium tamen filii plerumque vel nullum vel exiguum saltem pretium pensitant: BEIER *d. l. §. XIX.* sicuti et alicubi ab iis, qui simul ciuis filiam viduam in matrimonium ducturi sunt, dimidium saltem ordinariae summae exigi moris est. Comprobant hoc STATVTA APOLDANA, Art. XVI. Ein Fremder, welcher eines Bürgers Tochter oder Wittib ehliget, und zu Apolda wesentlich bleibet, führet nur die Helfte obgedachten Bürgergelds ab.

§. XIV.

Soluta receptionis pretio, recipiendus ipse, in curia, fidelitatis et obsequii iuramentum, den Bürgereid, die Bürgerpflicht, praestare tenetur. MENCKEN. *diff. de iureiur. ciuium.* Temporibus regum Francorum ita iuratum fuit: *Promitto ego partibus Domini mei Caroli Regis et filiorum eius, quia fidelis sum, et ero diebus vitae meae, sine fraude vel malo ingenio.* LEHMANN *Chron. Spir. Lib. II. Cap. XVIII.* POLAC *Syst. iurispr. germ. ant. Lib. I. Cap. XVII. §. V.* Hodie formula fere haec esse solet: Ich N. N. gelobe und schwöre, daß ich dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, N. N. (si nempe ciuitas municipalis et iuraturus peregrinus sit: vbi enim antea modo subditus fuerit, et homagio iam domino territoriali ad subiectionis fidem sese obstrinixerit, eidem hanc iuramento denuo promittere, otiosum foret;) und einem ehrbaren Rath dieser Stadt getreu, gewärtig und gehorsam seyn, ihr Gebot und Verbot, Befehl und Ordnung halten, und sonst dieser Stadt und gemeinen Bürgerschaft Ehre, Wohlfarth, Nutzen und Bestes fördern, und derselben Schaden warnen

warnen und wenden will, nach meinem besten Vermdgen, so wahr mir ic. Plura de hoc iuramento eiusque formalis scire cupiens, adeat GOEDDAEVM in dem gründlichen Bericht von des S. R. R. Stadt Friedberg, Cap. V. seqq. Praesito iurciurando, recepti nomen ciuium maticulae, Bürgerbuch. inscribitur. Ill. ENGAY Elem. iur. germ. Lib. I. Tit. VI. §. CLXXIII. HILDEBRAND. cir. diss. Cap. I. §. XIV. in fine.

§. XV.

Alicubi praeter iuratam fidelitatis stipulationem, in recipiendo *celibe* vterius adhuc requiritur, vt ad ineundum intra certum tempus coniugium sese obliget, de eoque idoneam cautionem praestet. Faciunt huc STATVTA GEDANENSIA P. III. Cap. II. Art. V. Wer unser Stadt Bürger werden will, der soll bey vierzig Marken verbürgen, daß er sich binnen Jahr und Tag allhier ehlich verändern will, und ob er das nicht thun würde, soll er seines Bürgerrechts und der obbeschriebenen Buss verfallen seyn.

§. XVI.

Ad ipsas ceteroquin personas quod attinet, quibus ius ciuitatis acquirere permillum est, antiquiori aeuo, quo primum conditae fuerunt vrbes, deficientibus adhuc incolis adfessebantur omnes, qui fixam fortunaram sedem in vrbe constituere intendebant, etiam seruilis conditionis homines. GVNDLING de Henrico Aucupe §. XX. Hanc ob causam in sequentibus temporibus celebriorum quoque urbium ciues iuris mortuarii remissionem ab imperatoribus impetrare debuerunt: quale priuilegium *Spirensibus* atque *Wormariensibus* ab HENRICO V. imp. A. MCXI. datum, et a FRIDERICO I. imp. A. MCLXXX. confirmatum fuisse, testantur LEHMANN Chron. Spir. Lib. IV. cap. XXII. cui addatur ALVDWIG Reliq. MSchorum Tom. II. p. 283.

§. XVII.

§. XVII.

Cum vero *a*) plerique hac licentia nimium abuterentur, feruque luxuriae atque ignaviae dediti, infcis et inuitis dominis patrimonialibus, quorum praediis adscripti fuerant, ceteruatim in vrbes prouolarent; *β*) potentiores autem domini fugitios persequerentur, eosque flammis saepius ferroque a ciuitatibus infirmioribus vindicarent; HERTIUS *tit. de homin. propr. Sect. III. §. 10. γ*) opifices insuper non, nisi natalium ingenuitatem legitime probaturos, ad opificia, in vrribus exercenda, admittere vellent; *δ*) publicae quoque ipsarum ciuitatum saluti obesse videretur, deterioris ac vilioris conditionis homines, in ciuium honestorum ordinem cooptare: hoc postea sublatum, et vniuersali quasi lege, seu potius consuetudine, introductum fuit, vt nulli amplius in ciuitates adsciscerentur homines proprii, iuxta paroemiam: keine Henne flucht über die Mauern, HERTIUS *paroem. iur. germ. Lib. II. paroem. XI. omnesque extranei, ius ciuitatis impostertum petitur, praepriis literas suas natalicias, das Mannrecht, aut manumissionis instrumenta, Laßbrief, exhibere debeant, ex quibus cognoscatur, nulli eos seruitutis iugo obnoxios esse, daß sie keinem Herrn mit Leibeigenschaft verwandt, oder sonst wachszinsig seyn. III. ENGAV. l. c. §. CLXXIII. n. **. WEHNER obseruat. pract. voc. Mannrecht. Id quod et hodie adhuc plurimarum ciuitatum statutis firmatur; ex quibus hoc loco nominasse sufficiet STATVTA HAMBVRGENSIA, P. I. Tit. II. Art. II. Der Rath soll auch daran seyn, daß keine eigene Leute vor Bürger dieser Stadt werden angenommen. STATVTA NORDLINGENSIA, P. II. Tit. I. §. II. Weder Manns- noch Frauenspersonen sollen in das Bürgerrecht aufgenommen werden, es lege dann forderst ein jedes, altem Herkommen gemäß, sein ordentlich Mannrecht oder Geburtsbrief dar, wie auch = = = daß dasselbe mit keiner Seruitur oder Leibeigenschaft beschwert. Add. AYRERI *Anal. iur.**

ad

ad singular. Statut. Nordling. Cap. I. Denique STATVTA
 ERFORDIENSIA: Wenn jemand zum Bürger angenom-
 men werden will, = = = wäre er ein Fremder, so soll er zuvor
 hero Kundschaft beybringen, daß er = = = kein Wüdfang oder
 Leibeigen sey, nad also einen nachfolgenden Herrn habe. Vid.
 Churfürstl. Maynzische Instruction vor Dero Stadtrath
 zu Erfurt, de A. MDCCLIV. Art. V. Et vtut nonnullae
 olim ciuitates, quarum exempla profert HERTIVS cit. diss.
de homin. propr. Sect. III. §. X. ab imperatoribus id priuilegio
 obtinuerint, vt homines proprii, qui per certum temporis in-
 teruallum, plerumque annum et diem, in iusta libertate ibi-
 dem commorati fuerant, a dominis persequentibus non pos-
 sent ad glebam reuocari, sed ingenui iuriumque ciuicorum ca-
 paces haberentur; paucis tamen hoc profuisse notum est, cum
 potentiores domini hanc concessam vrbibus libertatem non at-
 tenderent, infirmiores autem de contrariis aduersus eandem
 priuilegiis sibi prospicerent. DATT. *de pace publ. Lib. I.*
 Cap. XIV. n. 73.

§. XVIII.

Quoniam etiam reipublicae maxime interest, cauere, ne
 ciuitates malis impleantur hominibus, hoc porro legibus pas-
 sim constitutum cernimus, vt peregrini, ius ciuitatis adquisi-
 turi, praeter supradicta ingenuitatis documenta, a magistratu
 loci, vbi antea habitarunt, testimonia producere debeant, ex
 quibus constet, se honeste ibidem vixisse, bonaque gratia
 discessisse. Huc pertinent STATVTA nostra IENENSIA,
 Tit. II. §. II. Wer nun das Bürgerrecht allhier zu gewinnen
 vermeynet, derselbige soll beglaubte Kundschaft seiner ehrlichen
 Geburt und Herkommens, wie auch an was Orten er sich vor-
 hero aufgehalten, oder da er schon zuvor anderswo häußlichen
 gewohnet, wenn er sich von dannen weggewendet, und auf
 was massen er daselbst beurlaubet, gebührend beybringen.
 Add. BESOLD. *thes. pract. voc. Bürgerrecht.* KNIP-
 SCHILD

SCHILD *alleg. loc.* Lib. II. Cap. XXIX. n. 125. seqq. Quandoque et fideiussoribus cauere iubentur, se nulla acra aliena, aut lites pendentes, ex quibus senatus, ciuitasue recipiens, forsan incommodum quoddam sentire possit, post se reliquifse; HERING *de fideiussor.* Cap. V. n. 333. quale quid et apud nos obseruari præcipiunt memorata statuta, verbis: auch so ferne es der Rath vor nöthig ermessen würde, schuldig seyn, durch zwey angefessene Bürger Versicherung zu thun, daß er an andern Orten keine rechtshängige Sachen, noch andere Streitigkeiten, daraus dem Rathe und gemeiner Stadt Ungelegenheit zuwachsen könne, habe. Idem *Eslingae* obtinere, testatur laudatus saepe KNIPSCHILD l. c.

§. XIX.

Cum naturali quoque aequitati consentaneum sit, eum, qui commoda ciuitatis percipit, et publica eiusdem onera, cum reliquis ciuibus, aequaliter sustinere, hoc autem fieri commode nequeat, nisi aliquid saltem in patrimonio ipsi fuerit; recte porro ab iis, qui in ciuium numerum cooptari cupiunt, requiritur, vt certam quandam summam propriam, nec aere alieno grauata, in bonis habeant; id quod passim prouincialibus pariter ac statutariis legibus iniungi constat. Referimus huc clementissimum edictum gloriosissimi WILHELMI HENRICI, Ducis quondam Saxo-Isenacensis, de Anno MDCCXXX. quod Serenissimus Dominus Tutor et Administrator FRIDERICVS, nuperrime in gratiam nostrarum ciuitatum denuo promulgari iussit, sequentis tenoris: Von Gottes Gnaden Wir Wilhelm Heinrich, Herzog zu Sachsen etc. Entbieten unsern weltlichen und geistlichen Räthen, Beamten in denen Städten Eisenach, Creuzburg, Ostheim und Kaltensordheim, desgleichen denen Stadtgerichten daselbst, auch andern welt- und geistlichen Bedienten, nebst
C allen

allen Einwohnern und Unterthanen berührter Städte, unsern
 gnädigsten Gruss, und fügen ihnen hiermit zu wissen, daß ob-
 wohlen unsers in Gott ruhenden hochgeehrtesten Herrn Ba-
 ters Gnaden hochseligen Andenkens so wohl, als wir selbst
 aus besonderer Landesväterlichen und zu dem gemeinen Besten
 abzielender Vorforge oftmalen Verordnungen ergehen lassen,
 wie es in bemeldten Städten unsers Fürstenthums Eisenach =
 mit denenjenigen, so sich von neuen allda niederlassen, und
 das Bürgerrecht gewinnen wollen, gehalten werden solle, so-
 thanen Befehligen und Landesherrlichen Edicten jedennoch die
 behörige Folge nicht geschehen, sondern fast jedermann, bevorab
 in den Vorstädten, der Aufenthalt vergönnet, und das Bür-
 gerrecht mitgetheilet = = = worden, ohne auf sothaner Leute
 Vermögen, Nahrungsmittel = = = zu sehen, wodurch denn
 geschehen, daß ermeldte unsere Städte, besonders aber die
 Vorstädte, mit vielen unnützen und untüchtigen Volk, Müs-
 siggängern, und theils diebischen Gesinde, angefüllet worden,
 welche weder vor sich selbst, noch die Thrigen ihr Brod zu er-
 werben, weniger die ordentlichen Onera an Steuern und sonst
 abzugeben im Stande sind, sondern sich, wo nicht aufs steh-
 len, jedoch aufs betteln legen, und mit ihren Kindern an-
 dern Mitbürgern zu grosser Last vor den Thüren zu liegen, sich
 angewöhnen, gleichwohl aber von denen bürgerlichen Com-
 modis, wie andere mit zu participiren und Theil zu nehmen,
 sich befugt zu seyn erachten. = = = Allermassen wir aber diesem
 schädlichen, dem gemeinen Besten und guter Policy und Ord-
 nung schnurstracks zuwider laufenden Unwesen länger nachzu-
 sehen nicht gemeynet, vielmehr solchem nachdrücklich Einhalt
 und Abbruch zu thun mit Ernst entschlossen sind, in Betracht
 zeithero die Erfahrung genugsam bezeuget, daß aus dieser bö-
 sen Quelle fast die meiste Unordnung, liederliches Wesen, Die-
 berey, Betreley und andere Verbrechen entsprungen: Als ist
 hiermit

Hiermit unser ernstlicher Befehl und Wille, daß künftighin und von dato der Publication dieses gerechnet, niemanden, wer der auch sey, weder in vorerwehnten Städten, noch deren Vorstädten, sich häußlich oder sonst niederzulassen, und das Bürgerrecht zu erlangen, = = = nachgelassen seyn solle, er habe dann vorhero genugsam erwiesen, und dargethan, daß er wenigstens 200. Rthlr. in Vermögen habe, und woferne er ein Fremder ist, sothane 200. Rthlr. in vorherührte Städte wirklich inferiret ic. Quod tamen ad civium filios, aut peregrinos, cuius filiam viduamus sibi desponsaturos, attinet, hi mitius quandoque intuitu huius requisiti tractari solent; prouti nec in iis, qui artis aut opificii cuiusdam periti sunt, rigoroſe illud attenditur. Probat hoc inter alia allegata supra *Churfürstl. Maynzische Instruction vor Dero Stadtrath zu Erfurt*, Art. V. ita statuens: Wäre er (der zum Bürger angenommen werden will) aber ein Fremder, soll er zuvorhero Kundschaft beybringen, daß er = = = zum wenigsten 200. fl. (es wäre dann, daß er eines Bürgers Wittwe oder Tochter heyraethe, oder ein solch gut Handwerk gelernet hätte, wodurch Nahrung in unsere Stadt gebracht werden könnte), = = = im Vermögen habe, und wirklich besitze.

§. XX.

Ex haecenus deductis satis liquere putamus; *α*) homines proprios, *β*) extraneos, ingenuitatis ac probitatis testimoniis fide dignis destitutos, *γ*) egenos, quibus facultates, quas ad sustinenda civium onera passim praescribunt leges, deficiunt, regulariter ciuicorum iurium incapaces esse, adeoque non, nisi impetrata a superiore speciali dispensatione, in ciuitates assumi posse. Praeter hoc autem dantur adhuc alii, quibus pariter, ob singulares probatas legibus causas, ius ciuitatis imperitari, nefas habetur.

§. XXI.

Primo enim ex capite religionis acquirere illud prohibentur omnes, qui vni ex tribus, quae in imperio nostro germanico publice approbatae tolerantur, religionibus, non sunt addicti, quales sunt *Iudaei* aliique *haeretici*; quamuis incolatus illis hinc inde sub certis conditionibus, permittente principe, concedatur. III. ENGAU d. l. §. CLXXIII. n. *. ibique citatus AYREER Tr. de iure recipiendi Iudaeos, Cap. III. §. X.

§. XXII.

Secundo, cum ii, qui factis illicitis iuris ciuitatis germanicae generatim indignos sese fecerunt, talesque publica sententia declarati fuerunt, neque eiusdem in urbibus capaces haberi queant, facile est ad perspiciendum, qua de causa etiam *hannitos* die geächtete, a ciuitatum aditu arceri plane, iubeant leges imperiales; ex quibus hic nominasse iuuabit RECESSVM IMP. RVDOLPHI de A. MCCLXXXVII. quo sancitur: Wer einen Richter behaltet in einer Stadt, gemeinlich oder wissentlich, ist sie bemuret, der Richter sol sie niderbrechen, = = = ist aber die Stadt ungemuret, sie soll der Richter brennen. ap. LEHMANN. Chron. Spir. Lib. V. Cap. CVIII. Add. ORDIN. CAMER. de A. MDLV. P. II. Tit. X. §. III.

§. XXIII.

Tertio, alicubi ius ciuitatis denegatur quoque *nobilibus*. Docent hoc STATVTA HAMBVRGENSIA P. I. Tit. II. Art. II. Es soll kein Ritter oder rittermäßige Person in dieser Stadt oder Reichsilde wohnen; quae verba tantummodo, de constitutione domicilii iuris ciuitatis impetrandi causa, intelligenda esse, probe monuit III. FRID. GOTTL. STRVIVS cit. diff. Th. XII. n. d) Sic et IUR. PROV. WVRTEM-

TEMBERGICO Tit. II. cauetur, vt peregrini nulli ex *Sabaudiae* oris aduentantes, nisi consentiente principe, ciues recipiantur, verbis: *Es sollen auch unser Amptleut und Gericht kein Wahlen oder Saphoyer, ohne unser Vorwissen und billigen, zu Bürgern annehmen.*

§. XXIV.

Sed quaeritur iam: an is, qui ius ciuitatis in vrbe quadam legitime consecutus est, praecise in eadem quoque domicilium suum ordinarium constituere teneatur? Anceps quaestio, in cuius decisione non omnino conueniunt Doctores. Sunt, qui affirmant, sunt et qui negant. In negantium numero deprehendimus *HARPRECHTVM Consil. XXXIX. n. 27. MEVIUM Comm. ad Ius Lubec. L. I. Tit. II. Art. II. n. 82.* quorum sententias amplexi fuerunt *ICti Helmstadiensis, apud HOMBORGIVM Consil. CXLVI.* Ex affirmantium vero partibus stare videmus *ARVMAEVM ad aur. Bull. Disc. VI. concl. XI. MENOCHIVM Consil. DCCXXXVIII. n. 2. seqq. Lib. VIII. et Consil. MLX. n. 33. Lib. XI. GAILIVM Observ. pract. Lib. II. Obf. XXXVI. n. 8. KNIPSCHILD d. l. Lib. II. cap. XXIX. n. 152.* Ad posteriorum opinionem accedere nos quidem nulli dubitamus, vtpote cum imperialium, tum statutariorum legum, textibus stabilitam. Ita enim iubet *AVREA BVLLA Tit. XVI. Statuimus et presenti lege perpetuo valitura sancimus, quod praedicti ciues et subditi* (nimirum, qui alterius ciuitatis iuribus ac libertatibus ciuium instar frui volunt, cum tamen non ibi sed in extraneo loco habitent, indeque *Pfalburgeri* vocati sunt) - - *inposterum ciuitatem, in quarum ciues recipi se procurant - - iuribus et libertatibus in nullo potiantur, nisi ad huiusmodi ciuitates corporaliter et realiter transeuntes, ibique larem fouentes, conti-*

nuo vere et non fide residentiam facientes; cui respondent;
 quae in Instrumento permutationis quorundam oppidorum inter
 HENRICVM VII. Reg. Rom. et IOHANNEM Episcopum
 Argentinensem Francofurti IV. Kalend. Decembris Anno
 MCCCVIII. confecto occurrunt verba: Decernentes ex nunc,
 quod receptio talium, quae contra presentis gratie nostre tenorem
 facta fuerit, a quocunque non valeat ipso iure, nec sic recepti
 pro illorum locorum, ad quae recipiuntur, ciuibus vel burgensibus
 habeantur, nisi in eisdem locis, SICVT VERI CIVES VEL BVRGENSES
 FACERE SOLENT ET DEBENT, residentiam continuam faciant mantionem; apud
 IAC. WENCKERVM dist. de Pfalburgeris, p. 41. Praecipunt idem
 STATVTA ARGENTORATENSIA: wer Bürger zu Straßburg werden wil,
 der sol das nyergent vordern, danne vor Meister und Rat by
 offenem Rate, und derselbe der also zu Bürger uffgenommen wurt,
 der sol sweren an den Heiligen, sine beste Hussere hie in der
 Statt Straßburg zu habende, et porro: was unser Bürger, die nicht
 Edellute sint, hinansurder ir Burgrecht leisten unn besigen recht
 wollent, das sie sin gemiffent, die sullen sigen mit iren Wiben,
 Kynden, die unboraten sint, abe sie deh eines hant, unn irine
 Gesinde in dirre Stat ic. ap. EVND. p. 59. seqq. nec non
 STATVTA HAMBVRGENSIA, Append. Art. LVII. welcher Mann
 unser Bürger will werden, soll vor der Hand geloben, daß er
 sich hier zur Stette setzen wil, sonst soll man ihn vor keinen
 Bürger annehmen noch halten. Ex quibus intelligi satis posse
 arbitramur, quod regulariter omnes, iuris ciuitatis in vrbe
 aliqua compotes fieri desiderantes, intra eandem quoque fixam
 suam habere debeant sedem, nisi aut specialem a magistratu
 dispensationem impetrauerint, quam antiquiori aeuo eis, quos
Vsburgenos appellabant, in ciuitatibus praesertim imperialibus
 contigisse scimus; aut ipso statuto contrarium nominatim per-
 mittatur,

mittatur, quale quid NOVA SCHRAA SVSATENSI Art. LXX. factum fuit, quae ciuem Susatensem per primum duntaxat annum, nisi bona immobilia acquirere voluerit, intra urbem habitare iubet, verbis: Bortmer, de hir buten sittet up dem Lande, und winnt unse Burgerschop, de soll dat erste Jahr in unser Stadt wonnen, anders ein halben wie en vor gennen Burger, und ein fall gen Erffgud kopen, hei ein wonner hir in der Stadt.

§. XXV.

Cum itaque urbium ciues ordinarie ipsas vrbes incolere fas sit, nemo autem in pluribus simul habitare queat, facile erit ad cognoscendum, quid respondendum nos existimemus ad quaestionem: vtrum quis in diuersis locis ius ciuitatis valide obtinere possit? id quod cum BESOLDO Tr. de iure ordinibusque ciuium cap. V. n. 10. GALLIO Lib. II. Obf. XXXVI. n. 7. aliisque haud infimi subfelli Doctõribus, negamus; excipientes tamen eos, qui honoris saltim causa ius ciuitatis hinc inde consecuturi sunt, Ehrenbürger, quippe quos nil, praeter nomen, cum veris ciuibus commune habere, iura vero ipsorum non participare, notum est. KNIPSCHILD l. c. n. 84.

§. XXVI.

Sunt equidem, qui distinguendum esse putant, inter ciuitates, vni eidemque domino obnoxias, et ciuitates diuersorum imperantium potestati subiectas. Ex illis, plurium simul ciuem facilius fieri quem posse statuunt, cum eiusdem semper domini subditus maneat, cui in diuersis locis, absque alterius contradictione, fidelitatem suam officiaque ciuica praestare queat. KNIPSCHILD d. l. n. 154. HVBER de iure ciuita-

ciuitatis Lib. II. Sect. II. cap. I. §. XXIV. LIMNAEVUS *ad aur. bull.* Cap. XVI. §. I. Obf. II. Neque autem horum probamus sententiam. Vt enim prius nostrum argumentum, ex necessaria ipsius vrbs, cuius ciuis quis esse voluerit, in habitatione desumptum, iam praetermittamus, in receptione ciuim non solum domini territorialis, verum et ipsius maxime ciuitatis recipientis, rationem haberi oportebit. Iam vero ciuitatum, etiam eidem supremae potestati parentium, diuersam saepissime conditionem esse, diuersumque statum politicum, nemo in disceptationem vocabit. Quaelibet fere propriis ac domesticis suis regitur institutis, plerumque mirum in modum a se inuicem discrepantibus, sibi que haud raro contrariantibus, ita vt, quod in vna ciuitate rectum putatur, in altera nefas habeatur. Facillime itaque accidere poterit, vt si quis duorum pluriumue municipiorum, ad eundem dominum pertinentium, ciuis fuerit, in vno eorum, negotio cuidam, tanquam membrum ipsius, implicetur, cui ab altero municipio, cuius etiam membrum est, contradicitur. Quomodo hoc casu aequalem vtrisque exhibebit fidem, vt neutrum offendat? cuiusnam magistratus iurisdictioni, si vterque ea praeditus fuerit, in ciuilibus aut criminalibus erit subiectus? Ex cuius ciuitatis statutis iudicabitur? Quantae hic exoriantur lites, quis est, qui non praeuideat? Nonne igitur et ipsis talismodi ciuicatum commodis consultius erit, vni, licet eiusdem prouinciae, ciuitati iam addictos, in aliam, nisi priori expresse renunciauerint, non admitti? Optime hoc cognouerunt illae ciuitates, quarum ciues ipsismet statutis, alibi ciuim iura affectare, diserte prohibentur. Ne horum deficiat exemplum, adducemus STATUTA GEDANENSIA, P. I. cap. II. Art. I. hoc modo disponentia: wer unser Bürger ist, der soll in keiner andern Stadt Bürger seyn.

§. XXVII.

§. XXVII.

Alii aliam adhuc defendunt sententiam, eo nimirum casu, vbi quis in pluribus locis simul domicilium instituerit, et per singulos annos, modo in hac modo in illa ciuitate, aliquamdiu commoratus fuerit, vtriusque etiam iura ciuica obtinere eum posse, adferentes. WENKER *cit. diff.* §. VII. Enimuero cum ad impetrandam haecce iura, sola temporaria domicilii in vrbe constitutio non sufficiat, sed continuam ibidem habitationem seruare necesse sit, ceu ex adductis §pho XXIV. textibus luculenter apparet; horum quoque opinioni non possumus non contradicere. Instant quidem aduersarii, citata aureae bullae verba, non de quibuscunque ciuibus, sed de iis solummodo, qui sub Pfalburgerorum nomine veniebant, intelligenda esse, quos ex prioribus suis habitationibus emigrare, et in ipsis illis ciuitatibus, quorum iuribus ac libertatibus potituri essent, perpetuo residere iusserit imperator. Vt autem hic in specie de Pfalburgeris sermonem esse concedamus, illud tamen ex memoratis verbis, si curatius inspiciantur, certum est, imperatorem, dum hos, quos ex falsis ciuibus veros iam ciues fieri voluit, *continuo* in vrbibus habitare praecepit, simul etiam eandem continuam habitationem, in omnibus indistincte, qui iuribus ciuitatum vere ac legitime gaudere cupiunt, requisuisse. Verissimam esse hanc ex interpretatione nostra *simul* legislatoris mentem, eamque necessitatem, vrbes ipsas *continuo* inhabitandi, isto seculo veris ciuibus lege aut consuetudine vniuersali impositam fuisse, hinc per naturalem consequentiam et in allegatis aureae bullae verbis, si non explicite, saltim implicite, contineri, clarius docet prolatum supra (§. XXIV.) *Instrumentum permutationis HENRICI VII. Reg. Rom.* vtpote quod, licet ante auream bullam confectum fuerit, simili tamen modo de Pfalburgeris iam disponit, hosque iuribus ciuitatum, in quas recipi se curauerint, frui, aequaliter prohibet, nisi continuam in eisdem fixerint sibi sedem, adiectis verbis expressis: SICVT VERI CIVES FACERE SO-

D
LENT

LENT ET DEBENT. Hoc autem in illis, qui ad tempus sal-
tim, modo hic, modo illic, domiciliantur, deficere, nemo non
intelligit.

§. XXVIII.

At haec de acquisitione iuris ciuitatis, von Gewinnung des
Bürgerrechts, differuisse sufficiat. Instituti nunc ratio postulat,
vt paucis adhuc, quid circa voluntariam eiusdem iuris resignatio-
nem iustum sit, disquiramus. Nota satis est regula, quod quis-
que fauori suo recte renunciare queat. Inde concludunt Docto-
res, quemuis etiam iuri ciuitatis suae valide renunciare, et sicuti
a commodis, ita et oneribus eiusdem, se ipsum pro libitu abdi-
care, nec inuitum in ciuitate detineri posse: quibus et nos luben-
tes suffragamur. Illud tamen intuitu arbitrariae huius resignatio-
nis hoc loco monendum adhuc videtur, quod fieri debeat a) *tem-
pestiue*, ne in fraudem aut detrimentum ciuitatis vergat, v. c. vbi
publica, ad exfoluendum aes alienum, ciuitatis nomine contra-
ctum, facienda sit collatio, bellum, aliudue ciuitati immineat pe-
riculum. HILDEBRAND diss. de discessu ciuium nociuo. Qua-
rundam ciuitatum statutis cauetur, vt non nisi elapso, post im-
petratum ius ciuitatis, determinato temporis spatio, eidem re-
nunciare liceat. Faciunt huc nostra STATUTA IENENSIA:
Tit. II. §. II. Wer nun das Bürgerrecht allhier zu gewinnen ver-
meynet, der soll = = wenigstens drey Jahr lang solch sein er-
langtes Bürgerrecht unverrückt halten, und darauf die gewöhn-
liche Bürgerpflicht ablegen u. Et §. III. Da aber nach Ablauf ob-
bemeldter drey Jahre oder längerer Zeit seine Gelegenheit erfor-
dern würde, sich wieder von hier zu wenden, er solches ohne Vor-
wissen des Rathes nicht thun, sondern ihm sein Vorhaben zu rech-
ter Zeit anmelden u. b) *legitime*, vt resignaturus ad senatum ce-
cedat, iustam faciendae renunciationis causam proferat, placi-
dam sui dimissionem decenter petat, praestarique solita, veluti
tributa residua et gabellam, praestet. Aliubi insuper requiritur,

vt de iis, quae a tempore impetrati iuris ciuitatis acciderunt, rationem reddat, daß er Reichenschaft gebe um alle Sachen, so sich in währendem seinem Bürgerrecht begeben, et coram vniuerso senatu data manu ciuitati solenniter renunciet, daß er mit Handgegebener Treu vor gefessenem Rath das Bürgerrecht aufgebe, und verspreche, daran inskünftige keinen fernern Anspruch zu haben. KNIPSCHILD *loc. cit.* n. 161. seqq. HILDEBRAND alleg. *diff. de iur. civ. originar.* Cap. III. §. XII. Cap. IV. §. IV. Iuste et rite, secundum loci consuetudinem, peracta resignatione, nomen renunciantis ex albo ciuium deletur.

§. XXIX.

Hic autem mouetur quaestio: an illi, qui iuri ciuitatis alicubi renunciauit, ibidem adhuc vltterius domicilium suum habere integrum sit? quod nobis negandum videtur. Supra enim iam demonstrauimus, (§. XI.) plurimarum ciuitatum statutis hoc iungi, vt omnes, fixam ibidem sedem constituere volentes, ius ciuitatis adquirere debeant. Inde firmissimum ducere licebit argumentum, quod iis, qui per voluntariam resignationem ciues esse deserunt, non magis, quam illis, qui nunquam tales extiterunt, intra urbem diutius habitare liceat, nisi expressam eius a magistratu veniam, precibus aut conuentione, obtinuerint.

T A N T V M.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO
DOCTISSIMOQUE DOMINO
RESPONDENTI
AFFINI SVO CARISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Quo arctiori amicitiae vinculo nos coniuncti sumus, eo maiorem semper, ex TVIS in bonarum artium scientia profectibus, cepi voluptatem. Eam enim et ingenii alacritatem, et discendi cupiditatem, uti in quouis literarum genere, ita praesertim quoque in excolendo iuris studio, ubique commonstrasti, quam necum, qui TE cognoscunt, admirabuntur omnes. Huic accedit haud vulgaris in disputando habilitas, cuius priuatos inter parietes probata edidisti saepius testimonia, et hodie publicum eiusdem specimen exhibes, strenuam dissertationis nostrae defensionem in TE suscipiens. In laudabili quo instituto, cum comitem me TIBI elegeris, et TIBI egregios studiorum TVORVM successus, et mihi, qui in me redundat inde, honorem, non possum non gratulari. Supremum Numen supplex rogitō, velit et impostero conatus TVOS prospero euentu, paribusque aliquando eruditioni ac probitati TVAE praemiis, beare. Mihi vero TVAM amicitiam expeto perpetuam. Dabam e museo, d. XIII. Octobris A. R. S. MDCCLIII.


BRUNNEN

Jena, Diss., 1753



f
5b.





DISSERTATIO IVRIS GERMANICI ⁴¹
DE
ADQVVSITIONE ^{1753, 6b}
ET
RESIGNATIONE IVRIS
CIVITATIS ¹⁰

VVLGO:

Von Gewinnung und Aufgebung des Bürger-Rechts

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERN. AVGVSTO CONSTANTINO
DVCE SAXON. IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET WESTPHALIAE RELIQA

CONSENTIENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE

PRAESIDE

THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAVS
IVRIVM DOCTORE


AFFINE SVO PERQVAM COLENDO

AD D. XIII. OCTOBRIS A. R. S. MDCCLIII.


ERVDTORVM DISQVVSITIONI PVBLICAE
SVBIIICIT

CHRISTOPHORVS LVDOVICVS WIDEBVRGBIVS
IENENSIS

LL. C. ET SOCIETATIS TEVTONICAE HIC FLORENTIS
COLLEGA ORDINARIVS.



EDITIO SECVNDA.



IENAE, MDCCLXV.